



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Verna - A Dominica Septuagesimae, ad Dominicam SS. Trinitatis

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Feria 5. Antequam Christus appareat omnibus discipulis suis, in his  
apparet, quòd Charitas non æmulatur. Quidquid acquiras æmulando, plus  
perdis quàm acquiras.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44214**

# FERIA QVINTA.

## ANTEQVAM CHRISTVS APPAREAT omnibus Discipulis suis, in his apparet quod charitas non æmulatur.

*Non in contentione & emulatione. Rom. 13.*

### VERITAS PRACTICA.

Quidquid acquiras æmulando, plus perdis quam acquiras.

**RATIO EST.** *Quia plus perdis charitatem perdendo, quam quidquid acquiras æmulando. Sed charitatem, que non æmulatur, æmulando perdis.*

*Ergo quidquid acquiras æmulando, plus perdis quam acquiras; Quod æmulantibus sane est considerandum.*

### I. PUNCTUM.

*Matth. 20.  
Marci 10.  
Lus. 21.*

**Q**UI considerarit discipulos levi de causam sibi ante mortem & resurrectionem nem Domini, inter se contendisse & æmulatos esse, si quis eorum alii videretur esse Praelatus, mirari modò poterit, quod nulla inter eos contentio aut æmulatione audiatur, licet multæ prætendit possent causa cur æmulsentur. Ac primò quidem, quod Angeli appareant & loquantur de Christo, mulieribus potius quam viris; durum eis videri poterat qui perinde ac mulieres sepulchrum adierant, quorum tamen nulli locutus legitur Angelus.

Deinde quod ipse Dominus prius iisdem mulieribus quam ulli discipulorum apparuerit, nec nisi per eas Apostolis Relationem suam nuntiarit, certè hoc mirum, & hoc mirandum, quod Apostoli non æmulentur.

Tertiò cum postea Dominus apparuit seorsim Petro redeenti è Sepulchro, ut videbitur, non æmulatur Joannes, qui cum ipso currebat, & qui Petro negante, Christum secutus erat usque ad Crucem.

Quartò denique, cæteri omnes Apostoli non æmulantur, quod duobus peregrinis qui erant tantum discipuli & ipsis inferiores, primum sibi apparuerit, & tam multa de se familiariter locutus fuerit,

Hæc est videlicet *Charitas que non æmula-* Phil. 1. *tur, & dum omnimodo Christus annuntietur & honoretur, hoc unum curat. Qui veram & perfectam charitatem habet, ait Kempenus; in L. 1. de nulla re seipsum querit, sed Dei solummodo gloriam in omnibus fieri desiderat. Nulli etiam in e. 1. videt, quianullum privatum gaudium amat, nec in seipso vult gaudere, sed in Deo super omnia bona optat beatificari.*

*Iste tecum est! Quidquid autem prætendas aut acquiras æmulando plus, semper perdes quam acquiras. Quid enim pretiosius charitate quæ 1. Cor. 13. est Apóstolo excellentior via, quam nobis Tractat. possit demonstrare? quæ est Tertuliano, Pat. summum fidei sacramentum, & Christiani thesaurum nominis; quæ est Clementi Alexandri. In Parano. præcipuum heminis Christiani munus: Sancto Gregorio Nazianzeno, doct. ina nostra caput: sancto Hieronymo, cunctarum virtutum mater. Gregorio denique magno, mater Lib. 6. & custos bonorum omnium.*

*Nonne qui hoc perdat, plus perdat quam acquirat? Quid est enim quod possit acquirere? nisi aliquid temporale quod spectet ad hanc vitam? At quid est vita nostra nisi vapor Iat. 4. ad modicum parens, & deinceps exterminabitur? Ibid. 1. quid est omnis caro, quid omnis mundi gloria, I. Iaia 40. quid omnis homo vivens, nisi universa Sap. 3. vanitas, nisi flos brevi transiens, nisi languor à vento tollitur? nisi spuma gracilis qua à procella dispergitur? nisi sumus qui à vento diffusus es? Hæc sunt videlicet, quæ acquiri forte possunt æmulando, & hæc ipsa sunt quæ tanto interyallo à charitatis excellentia distinguuntur, quanto terrena distant ab ælestibus, temporalia scinduntur ab æternis, & à Cætore creata omnia: quandoquidem, Deus 1. Iacob. 4. Charitas est, & qui manet in Charitate, in Deo manet, & Deus in eo. O securam mansio- nem! o felicem possessionem!*

### II. PUN-

Quidquid acquiras emulando, plus perdis quam acquiras.

## II. PUNCTUM.

Sed charitatem, qua non emularis, emulando perdis.

Si quod commendat Apostolus, Bonum emularis in bono semper, tunc sicut bona esset emulatio, sic charitas non perderetur, imo excresceret: vel ipsa esset charitas, qua te faceret emulari bonum, vel ipsa esset bonum quod emularis, & de quo dicitur, emulandi charismata meliora.

Sed alia est emulatio, qua charitas non emularis, & qua quisquis emularit, charitatem perdit: quando videlicet per invidiam & contentionem desideratur & praetenditur bonum aliquod seu spirituale seu temporale, non ex amore boni spiritualis, non ex ordinato fine boni temporalis, sed ad complacentiam seu mundanam gloriam, ne minus quam alii honoremur, aut ne illi supra nos reputentur. Faciamus, inquit, & ipsi nobis non men. Tunc & emulatio mala est, & tali emulazione charitas tam vere perditur quam vere non potest consistere cum invidia, cum rixis, cum murmure & aliis comitantibus vitiis: unde omnes passim Scripturae: Nequam est oculus levidi, & avertens faciem suam, & despiciens animam suam. CVM sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis? VBI zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus pravum.

## III. PUNCTUM.

Quid ergo acquiras emulando, plus perdis quam acquiras. Nam charitatem perdis qua longè aliis rebus antecellit. Hinc apostoli Sapiens, vir qui festinat ditari, & aliis invidet, ignorat, quod egestas superveniet ei: aem-

pe id perdendo quod est diutius, quid nisi egestas & miseria, tanto quidem major quam magis ignoratur? Certè nec ipsam gloriam, quam emulando praetendit superbus, ut supra visum est, obtinebit; sed quando cam obtineret, quid tandem illa gloria praetexta charitatis & aliarum virtutum, ac donorum celestium, quibus privatur.

O quam vere Sapiens: *Me ius est humiliari cum mitibus quam dividere spolia cum superbis.* Melius est cedere cum charitate, quam contendere aut contendendo vincere contra charitatem. *Est qui multa redimat modico pretio,* Eccles. 2. 9. *& restituens ea in septuplo.* inquit Ecclesiasticus: hic est scilicet, qui charitatem conservat quilibet aliquo prelio, quod qualemque sit, semper erit modicum & septuplo minus quam charitas.

Nee dicas, te non tua querere, sed quae a liorum, quae familiae tuæ sunt, quae Ecclesia & quae majoris Dei gloriae: Nam hæc involucra sunt, quibus emulatio tegitur: Et hoc Diotrepheus ille, qui primatum amabat gerere in Ecclesia, contra sanctum Joannem, objiebat; quæ tamen erant, *verba maligna quibus hic amulator garribat in Divinum Apostolum*, ut in sua postrema monet Epistola. Cave hoc omni modo, sicut monet Apostolus: Non in contentionem & emulationem, sed induimini D. Iesum Christum. Et rursum: Non efficiamur inanis gloria cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes. Quod & symbolico suo more Sapiens: *Perde pecuniam propter fratrem amicum tuum;* quasi diceret, pro conferenda charitate nihil non perdendum est, cum alioquin plus perderes, charitate perdi ta, quam si, ut servetur charitas, cætera perirent omnia. Quid contra opponit? Vide supra, Sabbato Septuagesimo: & infra, Feria 5. quæ est Octava Ascensionis.

Sabbato  
Septuag.

Ioan. 3. 1

Rom. 13. 1

Gal. 5. 1

Eccles. 2. 9.

## FERIA SEXTA.

DUO EX APOSTOLIS, PETRUS  
& Joannes currentes ad sepulchrum, ostendunt  
charitatem quæ non agit perperam.

Currebant duo simul, Joan. 20.

Hayneufue Tars II.

Kk

VERITAS